VERS. 1. — **NAM IPSI SCITIS, FRATRES...** Ultimus primi capituli versibus breviter dixi quod ubique fama celebret suum ad Thessalonicenses introitum et sinceram Thessalonicensis conversionem ad Deum vivum: hic autem, ut eos soletur et ad perseverandum excitet, paulo fusis enarrat ipse hunc suum ad eos accessum. Non opus est ut de eo voles loquar, *vos enim ipsi, fratres, illius testes oculati fuistis; scitis, experientia, quia non fuistis inane, id est, inestimabiles fructu. Modesta expressio significans: Scitis quantum et qualem fructum habuerit. Non sicut vaetus, sed plenus, ait D. Thomas.*

VERS. 2. — **SED ANTE PASSI...** Primum tangit breviter, et in memoriam revocat, mala et proba que Philippis, antequam Thessalonicensi veniret, passa erat. Vide Act. apostolorum cap. 16. Nostis quid, antequam ad eos accederemus, Philippis publice fueramus virginis easi, incarcerated, pluribus malis impietatis. At non cessimus ignominia simul et plagi affecti; immo nobis inde fiducia, unde contumelia; inde nobis crevit animus, unde alias vultus erubescit. Licet ergo propter Evangelium impediti, virginem publice easi; liberum tamen et audacter idem Evangelium vobis aut sumis predicare, etiam cum magno labore et periculo, quia multi nobis obstabant.

IN MULTA SOLlicitUDINE. Grac., in multo agone, seu certamine.

Observationes dogmaticae et morales.

Nota huius vero et fidelis predicatoris signum; si in pressuram propter Evangelium positus, verbum Dei pra-

cessit, et libenter tamen et audacter idem Evangelium vobis aut sumis predicare, etiam cum magno labore et periculo, quia multi nobis obstabant.

VERS. 3. — **Nam ipsi scitis, etc.** Id est, fructu vaenum, sed validem fructuosum.

VERS. 2. — **Sed non nisi, id est, nullis afficti, et continuatis affecti (sicut scitis), in multo sollicitudine,** id est, in multo agone, lucta, certamine.

VERS. 5. — **Exhortatio enim nostra non de errore fuit; q. d.: Non ostendavi falsa dogmata, ut faciunt philosophi et gentium doctores et sacerdotes. Neque de immunditate; q. d.: Non docui immunda, sive car-**

dicia non timet, si in Deo fidens, passione gaudens, fiduciam predicandi non amittit, lugens predicatoris sermo non erit vacuus, sed fructuum plenus. Nota et mirare simul Dei omnipotens erga servos suos voluntatem. Paulus, divino monita et iussu, in Macedonia vadiit Evangelium praedicaturus; Deo tamen sita velente, Paulus Dei servus, Deo obediens, ibi virginis caditur, incarcerated, multa malis et probris impeditur. Vide Act. 16, v. 9. Adeo verum est quod Dei electos suos velit ad exemplum Christi Filii sui pati. Adeo verum est quod religio christiana, in cruce fundata, cruce sit multiplicanda. Adeo verum est quod salutis nostre et aliena gratia sit in humilitate et patientia fundata. Fides sicut granum frumenti non multiplicatur, nisi mortificetur; quod duris tractatur, eo uberior crescit et dilatatur. Hinc Augustinus, serm. 9 de Divers., c. 4: Quasi semine sanguinis impleta est martyris terra, et de illo semine seges surrexit Ecclesia. Labor ergo et humiliatio in animarum ministerio quadruplicem sunt. *Bene patientes erunt ut ammenti; psalm. 61. Cor summum scrutetur hic animarum minister.*

VERS. 5. — **EXHORTATIO ENIM NOSTRA...** Secundum, explicat quid fieri predicationis situs animus et materia. Grac.: *Nam exhortatio nostra non ex impostura, neque ex immunditate.* Istud ex predictantibus animum indicat. Quasi diceret: Predicatio nostra non fuit animo mentes vestras errore decipiendi, aut corda vestra impuris sermonibus corrumpendi, aut vos dolio aut fraude aliquam circumveniendi. Vulgata nostra per particulam de materiam potius concionis signifi-

bestate, andicula usi sumus, *loqui ad vos, at loquendum et predicandum vobis Evangelium Dei, in multa sollicitudine,* id est, in multo agone, lucta, certamine.

VERS. 5. — **Exhortatio enim nostra non de errore fuit; q. d.: Non ostendavi falsa dogmata, ut faciunt philosophi et gentium doctores et sacerdotes. Neque de immunditate; q. d.: Non docui immunda, sive car-**

Fiduciam tamen habimus in Deo nostro; id est, li-

cat, non fuit DE ERRORE, seu impostura; falsa dogmata non docui, sicut philosophi; non impura, sicut Simoniani; non dolosa, utilitati nostrae subdolè venantes, ut pseudo-apostoli. Non fui impostor, non ebocena docui, non utilitatem meam in Evangelii prædicacione subdolè quesivi. Argumentum vera religionis est sanctitas doctrinae, et puritas vita. Pura autem fuit et divina doctrina nostra, purus et divinus fuit noster predicandi animus.

VERS. 4. — **SED SICUT PROBARI...** Quippe predicanus, ut decet precones à Deo probatos, et ad id munus electos et missos. Prædicavimus, inquit, non ut humane serviorum cupiditati; sed ut divine placuerimus Majestati, cordium nostrorum inspectrici.

VERS. 5, 6. — **NEQUE ENIM ALIQUANDO...** Probatis quod Evangelium sincerè et coram Deo predicaverit, non animo hominibus placendi aut suis cupiditatibus serviendo. Si hominibus placere studiavimus, adulatio-rii sermonibus usus fuisset: vos autem ipsi testes estis quod assessoribus verbis nunquam usus fuerim. Si in Evangelii prædicacione cupiditati servire voluisset, maximè vel divitiarum, vel gloriae cupiditati. Deum autem testem appello quod nec ex parte studi, nec glorie; quam nec à vobis, nec ab aliis quasvis. Thessalonicenses testes appellant quod non fuerit adularius, quia res extera, de qua homines testificari possunt: *Sicut scitis. Quid vero avaritia aut superbicie animo non predicaverit, Deum ipsum testem advocat, quia intentio soli Deo nota: DEUS TESTIS EST.* Tria huius notitiae via pseudo-apostolorum, scilicet hominibus adulari, quersum ex Evangelio venari, glorian suam quærere.

VERS. 7. — **CUM POSSEmus VOBIS ONERI ESSE...** Pergit probare quod nec ob avaritiam, nec ob gloriam predicaverit. *Cum possemus vobis oneri esse, id est, alimenta, et alia vita necessaria, à vobis exigere: sequum enim est ut qui Evangelio servit, de Evangelio vivat.* Ille Christus ordinavit 1 Cor. 9, v. 14.

SED FACTI SUMUS PARVULI IN MEDIO VESTRUM, id est, nostro juri et auctoritate cedentes, non potestatem ullam, nec auctoritatem allegantes, *facti sumus parvuli, humiles et demissi inter vos.* Ecce humilitas superbicie opposita.

Neque in dolo, quasi in tradendo Evangelio non Christiani gloriam, neque salutem vestram, sed lucrum et gloriam nostram spectaremus.

VERS. 4. — **Sed sic ut proboli sumus à Deo;** id est, electi: Deus enim Paulum probavit, id est, elegit, et eligendo dignum et probatum fecit apostolum et Evangelii præconem: Act. 9.

Ut crederetur nobis Evangelium: ita loquimur, Ita cum omni fide, sinceritate et integritate illud prædicamus.

Non quasi hominibus placentes, hoc est, placere eu- plientes et satagantes; sed Deo cupientes placere, cuius in Evangelio predicando ministri sumus. Qui probat corda nostra, id est, expedit et explorat intentionem, desideria et fundum cordis nostri.

VERS. 5. — *Neque enim aliquando fuimus in sermo- ne adulatio-rii, sicut scitis.* Id est, nunquam studium nobis fuit vobis assentiri; non fuimus vobis locuti placentia, sed utile; quemadmodum ipsi nostros ac testari potestis.

TANQUAM SI NUTRIX FOVEAT FILIOS SUOS, id est, facti sumus inter vos quasi mater nutritus propriis filios blandi foveat et nutriens. Ecce beneficentia et liberalitas avaritiae opposita.

Note litterales.

Nota primò quod duplex possit esse sensus hujus nominis *oneri ē p̄z̄z̄.* Primus: *Oneri vobis esse*, aliamenta exigentes a vobis. Secundus, quem sequuntur multi Greci: In pondere et auctoritate apud vos esse; seu cum possenus apud vos auctoritatem nobis vindicare, ut apostoli Christi. Sed priorem puto naturaliorem, quia vox Graeca, ē p̄z̄z̄, onus, onerare, gravare, apud Apostolum gravamen sustentationis frequenter et multis in locis significat; nullibi auctoritatem, seu gravitatem auctoritatis, ut bene notat Estius.

Nota secundò quod ubi nostra Vulgata habet: *Facti sumus parvuli*, Graeca habent: *Facti sumus lenes*, blandi ac benevoli. Quod sensum, parum refert, cum parvuli in Evangelio nobis à Christo dentur in exemplum humilitatis et lenitatis. Quod litteram, afferat, vocum hanc fecit differentiam lectio[n]is. Noster interpres in suis manuscriptis habuit *v̄z̄z̄, parvuli.* Graeca minime habent *z̄z̄, lenes.*

Nota tertio ex Graco pote ex quod nutrit si suorum filiorum nutrit; habent enim: *Tanquam si nutrit foveat suos ipsius filios;* est ergo mater nutrit filiorum suorum.

VERS. 8. — *Ita DESIDERANTES VOS...* Grac., *z̄z̄z̄, ita cupidi vesti avehamus, etc.*, id est, ad eum modum, seu ut nutrit erga filios suos, erga vos amissim affecti. Vel vos amantes, sicut nutrit filios suos, avehamus, cupiebamus ex animo imperfiri vobis non SOLUM EVANGELIUM DEI, SED ET ANIMAS NOSTRAS; quippe qui nobis estis CHARISSIMI, quasi diceret: Non sp̄z̄ luci ullius, sed quia vos ex charitate diligimus. Theophylactus reijicit *z̄z̄z̄z̄, desiderantes;* vult ergo legi, *z̄z̄z̄z̄, obligati, adherentes, conjuncti vobis;* sed quid sit de hac voce, ecce rursus charitatem cupiditatis oppositam. Et ecce qualis debet esse pastoris, omnisque animarum ministri, charitas. Indus modo infantum simplicitatem, humilitatem, lenitatem; fat sicut parvulus, nullam sibi vendicas

Neque in occasione avaritiae, congregandi opes, et ditandi me: Deus testis est.

VERS. 6. — *Nec querentes ab hominibus gloriam, etc., quibuscupique.*

VERS. 7. — *Cum possemus vobis oneri esse ut Christi apostoli,* id est, potestatem et ius haberemus onerandi vos sumptu sustentationis nostre, sicut habent apostoli Christi.

Sed facti sumus parvuli in medio vestrum. Id est, humiliter ac submissi nos gerentes, itemque lenes ac placidi, nec auctoritatem preferentes, nec allegantes potestatem.

Tanquam si nutrit foveat filios suos. Id est, more nutriti problem nutrient, blandi, non imperans, etc.

VERS. 8. — *Ita desiderantes vos,* id est, cum affectu desiderantes, cupidi volebamus tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras; non solum impetrare doctrinam evangelicam, verum etiam vitam impetrare.

Quoniam charissimi nobis facti estis, quia vos ex animo diligebamus.

auctoritatem, sit verè minister. Modò induat nutricis affectuosam teneritudinem, lac doctrine sic effundat ut et sanguinem paratus sit effundere, non spe luci, non spe humanae glorie, sed ex charitate, ut illarum animarum salutem cooperetur pro quibus Christus sum effudit sanguinem pretiosum : Christi vices gerit, Christi animum induat.

VERS. 9. — MEMORES ENIM, FRATRES, ESTIS.... Ut hunc suum probet affectum, hic illorum memoriam pulsat, conscientiam verò in versu sequente. *Memores enim estis laboris...*, id est, quoties ad fatigacionem usque laboreverim. Vide paraphrasim.

NE QUENQUAM VESTRUM GRAVAREMUS. Immiti Thessalonicenses fuisse pauperes, ait Theophylactus.

VERS. 10. — VOS TESTES ESTIS ET DEUS ; quasi diceret: Vestram ipsorum conscientiam appello testem ; qui et Deum ipsum testem invoco.

QUAM SANCTI, quod Deum : QUAM JUSTI, quod proximum, et sine querela : seu quām irreprehensibiliter erga omnes sim conversatus. *Vel sancti, in doctrina et vita; justi, sim ulta injuria, exactio, importunitate; inculpati, sim illo infirmorum officio.*

VERS. 11. — SICUT SCITIS QUALITER UNUMQUEMQUE VESTRUM (amplexi fuerimus), SICUT PATER FILIOS : ita supendum putat Erasmus, qui addit: Hec est bulle apostolice claritas, qua se verbis humanis, eum templa, non explicat. Estius supendum putat eo quo dixi modo in paraphrasim, quam vide.

VERS. 12. — DEPRECATES VOS. Grec. : *Hortantes vos et consolantes et obtestatai ad ambulare*, etc. Vide paraphrasim. Hinc discit omnis animarum pastor ac minister, velut pater, affectu paterno deprecari, consolari, obtestari. Precibus exhortari desides, ne torpescant, sed in incipiatis salutis viam assiduè progradientur ; consolari moestos, ne deficiant animo, sed in Domino sperantes, anchoram salutis firmantes, tenent, fortiter patiantur ; obtestari omnes ut unusquisque in suo statu dignè Deo ambulet, qui vocavit NOS IN REGNUM SUM ET GLORIAM.

Observatio moralis.

Duo his in verbis ultimi nota, que omnis Christianus continuè versare debet animo. Primum, Deus vo-

VERS. 9. — *Memores enim estis, fratres, laboris nostri et fatigacionis, etc. Intelligit opus mannum, quod cum labore et fatigacione exercebat, vicitus querendus, ne, Thessalonicenses sumptus gravaret : quod sanè maximè erga eos amoris indicium erat.*

VERS. 10. — *Vos testes estis, et Deus. Id est, vos ipsos hujs rei quam dicturus sum, testes appello ; inde et Deum advoco testem.*

Quām sancti et justi, et sine querela, vobis, qui creditis, fuius ; id est, vobiscum versati sumus, vobiscum non gessimus.

VERS. 11. — *Sicut scitis, etc. Se comparat patri filios suos instituunt.*

VERS. 12. — *Deprecantes vos et consolantes, testificantes, ut ambulantes dignè Deo. Id est, ut conservareminit sicut decet cultores ac seruos Dei.*

Qui vocavit vos in sumi regnum et gloriam. Gloriam mentionem adjungit, ut eos inter afflictiones anime, et spe premii corroboret ad perseverantiam conversionis Deo digne.

cavit me ad regnum suum et ad gloriam suam. Per fidem et baptismum vocavit me ad regnum dilectissimi Filii sui, ad Ecclesiam : vocando me ad hoc regnum, vocavit et ad aeternum glorie suæ regnum, cuius pignus Spiritus sanctum accepit. Secundum, et quod inde sequitur : Ergo dignè Deo debebo vivere; dignè Deo tam bono, qui vocavit me ; dignè regno, ad quod vocavit me ; dignè gloria, cuius pignus habeo Spiritum sanctum. Cogita regnum, cogita gloriam, cogita Deum vocantem ad regnum et gloriam. Spe regni et gloria, adversa sustine, prospera despice. Intuitu Dei ad regnum misericordier vocantis, vive dignè Deo, sanctè, justè, inculpatè et irreprehensibiliter.

VERS. 15. — IDEO ET NOS GRATIAS AGIMUS DEO..... Suppositus quia hucusque de suo adventu et de sua predicationis animo, materia et modo, dixit, nunc gratias agit Deo, deus suo superius successus, probatque quod initio capituli dixit, introitum sum ad eos inanem non fuisse. *Idèo et nos assiduè Deo gratias agimus, quoniam cum a nobis predictibus audiatis Evangelii doctrinam, illam suscepistis, non ut inventum hominum, sed ut est revera, doctrina Dei, et a Deo revelata, VERE VERBUM DEI.*

VERBUM AUDITUS DEI, est verbum predicationis de Deo, seu predicationis de Deo, que, quia per auditum creditur, fides ex auditu, dicitur verbum auditus Dei. Quod vero revera sit Verbum Dei, patet ex ipsis effectibus : nimurum ex vestra constantia et ceteris vestris virtutibus, quas Verbum Dei, ut semen quoddam coeleste ac fructiferum, producit in vobis credentibus.

QUI OPERATOR; qui in Vulgata ad Deum referuntur; in Graeco tam ad ἡρόν quādum ad Deum referri potest. Sed parum refert, etiam Deus operatur per Verbum.

Observatio moralis.

Ergo semen est Verbum Dei, semen coeleste, divinum, secundum, charitatis productivum, ex natura sua, sicut in sinu Dei, Verbum producit amorem, Spiritum sanctum; cum hoc tamen discrimine maximo, quod in Deo Verbum agit nonnulli, hinc semper amorem producit. In nobis autem Verbum Dei agit liberè, cum quādā à nostrā voluntate dependenti ; hinc sepe ex malitia nostrā, inefficax est, sine fructu;

VERS. 15. — *Idèo et nos gratias agimus Deo sine intermissione, indesinenter, assiduè. Post multa de omni erga eos officio interposita, declarat, gratias agens Dei pro beneficio tam boni successus,*

Quoniam cum acceptissis à nobis verbum auditus

verbum auditum à Deo, seu quid ego et apostoli, verbum audimus et accēsumus. Verbum Dei vocat Evangelii doctrinam ab ipso Deo traditam, sive ea scripto mandata sit, sive non. Sic Isaías, cap. 35, ait : Domine, quis crediti auditui nostro ? Hos est, sermoni nostro, quem à te, Domine, audivimus.

Acceptiss illud, non ut verbum hominum, sed (sicet est verè) verbum Dei ; id est, ut verbum quod Deus ipse locutus est : qui cùm sit prima veritas nec falli potest, nec fallere.

Qui operatur in vobis qui creditis. Quod verbum agitur, exercetur, incitatur (nimurum agenti Deo) in vobis qui creditis, id est, qui illud velut semen quoddam fructiferum fide suscepistis ; agitur autem ad omne genus pliarum actionum.

quod Christus in seminis parabolâ divinè nobis expressit. Obstacula itaque, quantum est ex parte nostra, tollamus : scilicet distractionem mentis, sollicitudines, duritatem cordis. Verbum Dei suscipiamus siue est verè Verbum Dei, in corde bono, benevolo ; ut suum producat fructum, charitatem, patientiam, omni bonum opus, imitationem Christi.

VERS. 14. — VOS ENIM IMPATORES FACTI.... Probat operationem Verbi Dei, seu Dei per Verbum suum in illis. *Vos enim imputatores.... ; ut in paraphras. Nisi autem Verbum Dei, ut Verbum Dei suscepistis, et nisi operaretur in vobis, tot et tantas tentationes numquam superaversisti.*

Eadem enim passi estis.... Indicat in quo facti sunt imputatores, etc.

CONTRIBUIBUS, id est, concubis; non significat hic ex eadē tribu, seu familiā, sed ex eadē civitate et gente.

VERS. 15. — QUI ET DOMINUM OCCIDERUNT... Ex occasione patientia Thessalonicenses, damnat obliter. Iudeorum invidiam, simul et Thessalonicenses soluti, ex eo quod participes facti sint passionum Christi Domini, prophetarum, et apostolorum, Grec., proprios prophetas, etc. Non debet discipulorum conditio melior esse quam magistrī conditio : *Si me persecuti sunt*, etc. Illic D. Paulus in omnibus temptationibus tempus horae, id est, brevissimum tempus.

ASPECTU, non corde, in quo vos gerimus semper.

ABUNDANTIS FESTINAVIMUS, scđulam operam navavimus, ut quamprimum vos videmus.

VERS. 18. — EGO QUDEN PAULIS, speciatim ego Paulus ; sed IMPEDIVIT SATANAS, scilicet per inexpectatas et vehementes quasdam tentationes, ait D. Chrysostomus ; nam cùm ei fuisse struxit à Iudeis insidiæ, retentus est in Heliae tres menses, idem D. Chrysostomus.

VERS. 19 et 20. — QEAE EST ENIM NOSTRA SPES... Ratio nen reddit sui vehementissimi desideri, scilicet quod in illorum fidei firmitate fundata sit spes, gaudi, et gloria sua, materia. Agnoscite verba matrum charitatis et misericordie visceribus validè inflammatarum, parvulos suos alloquantum, ait D. Chrysostomus et post illum Theophylactus. Patris et matris amor in unum communis amorem Pauli non aquiparabit, ex eodem Chrysostomo. Si haec Paulus dixit hominibus adhuc mortalibus, quidni beatae Mariae Virginis Dei pars in eolis regnanti dicere poterimus ?

VERS. 17. — Nos autem, fratres, desolati à vobis ad tempus horae, aspectu, non corde. Ostendit se invitum urgente persecutione ab eis dissexisse, Act. 17. Desolati, vel orati, quomodo filius patre, aut pater filii orbarat.

Abundantius festinavimus faciem vestram videre cum multo desiderio, id est, ut vobis, etiam corpore, praesentes essenuis.

VERS. 18. — *Quoniam voluimus venire ad vos, etc. Id est, adversarius, nimurum diabolus. Quia malo homines instigante Satana progressum Evangelii impediunt ; vel insidias Apostoli strenuas in via, etc.*

VERS. 19. — *Quae est enim nostra spes, etc. Id est, nonne vos estis spes nostra, et gaudium nostrum, et corona glorie coram Domino nostro Iesu Christo, cum advenire redditur unicunque secundum opera sua? Corona glorie, id est, decus, ornatus, splendor, gloria, magnificencia.*

VERS. 20. — *Vos enim estis gloria nostra et gaudium, per vos ero gloriatus et illustris in regno Christi, ut meritio de vobis gloriari possit.*

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad præzim redigenda.

1º Ab exemplo D. Pauli dicat omnis bonus pastor, apostolicus concionator, universa officia sui partes. Qualis esse debeat, quām in Deum fidens, quām fortis in passionibus, quām liber et audax in predicando Dei verbo; v. 2. Qualis esse debeat illius doctrina; quām vera, pura, divina; v. 5 et 4. Quo animo prædicare debeat; non ut placet hominibus, non ut sue cupiditati serviat, sed ut Deo, cordium inspectori, placeat; v. 4, 5, 6. Quo affectu se gerere erga subditos, sicut mater nutrit filios suos; paratus non lac doctrine tantum dare, sed et vitam; v. 7. Quomodo cum illis conversari; pié, justè, inculpato; v. 10. Quāta sollicitudine modò exhortari, modò consolari,

CAPUT III.

1. Propter quod non sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis, solis :

2. Et misimus Timotheum, fratrem nostrum, et ministrum Dei in Evangelio Christi, ad confirmandos vos, et exhortandos pro fide vestra,

3. Ut nemo moveatur in tribulationibus istis : ipsi enim scitis quid in hoc positi sumus.

4. Nam et cùm apud vos essemus, prædictabamus vobis passus nos tribulations, sicut et factum est, ei scitis.

5. Propterea et ego amplius non sustinem, nisi ad cognoscendam fidem vestram : ne forte tentaverit vos qui tentat, et inanis fiat labor noster.

6. Nunc autem veniente Timotheo ad nos à vobis, et annuntiante nobis fidem et charitatem vestram, et quia memoriam nostri habetis bonam semper, desiderantes nos videre, sicut et nos quoque vos :

7. Ideo consolati sumus, fratres, in vobis, in omni necessitate et tribulatione nostrâ, per fidem vestram.

8. Quoniam nunc vivimus, si vos statis in Dominio.

9. Quam enim gratiarum actionem possimus Deo retribuire pro vobis, in omni gaudio, quo gaudentis propter vos ante Deum nostrum,

10. Nocte ac die abundantius orantes, ut videamus faciem vestram, et compleamus ea quae desunt fidei vestra?

11. Ipse autem Deus et Pater noster, et Dominus postea Jesus Christus, dirigat viam nostram ad vos.

12. Vos autem Dominus multiplicet, et abundare faciat charitatem vestram in invicem, et in omnes, quemadmodum et nos in vobis :

13. Ad confirmando corda vestra sine querela in sanctitate, ante Deum et Patrem nostrum, in adventu Domini nostri Jesu Christi cum omnibus sanctis ejus. Amen.

ANALYSIS.

1º *Paternam indicat suam in Thessalonicenses solitudinem, quā pressus elegit solus Athenis relinquī, et Timotheum, sicut sibi necessarium, ad eos mittere, v. 1, 2, 3, 4, 5.*

modo obtestari, v. 12; sicut pater filios suis, v. 11, ab illis corde nunquam abesse, quia ab eorum salute pendet et sua; v. 17, 19.

2º Ab exemplo Thessalonicensium dicat omnis veri Christianus qualiter erga suos pastores et doctores gerere debeat. Illos tanquam Christum et Deum ipsum audire ad regnum et gloriam suam vocantem; v. 12. Illorum conciones tanquam Dei verbū audiare, credere, exequi; v. 15. Vitam Christo Deoque dignam ducere, v. 12; Christum imitari, pro illo libenter pati, v. 14. Tales Christiani erunt pastorum spes, gaudium et corona; v. 19 et 20.

CHAPITRE III.

1. Ainsi, n'y tenant pas longtemps, nous préférâmes demeurer seuls à Athènes,

2. Et nous avons envoyé Timotheo notre frère, et ministre de Dieu dans l'Evangile de Jésus-Christ, afin qu'il vous fortifie, et qu'il vous exhortât à demeurer fermes dans votre foi;

3. Et qui personne ne fut ébranlé pour les persécutions qui nous arrivent; car vous savez que c'est à qui nous sommes destinés.

4. Et dès lors même que nous étions parmi vous, nous vous prédisions que nous aurions des afflictions à souffrir, comme nous en avons eu en effet, ainsi que vous le savez.

5. Ne pouvant donc attendre plus longtemps moi-même, je vous l'ai envoyé, pour reconnaître l'état de votre foi, ayant appris que le tentateur ne vous était tente, et que notre travail ne devait inutile.

6. Mais Timotheo étant revenu vers nous après vous avoir vus, et nous ayant rendu si honnête témoignage de votre foi et de votre charité, et du souvenir plein d'affection que vous avez sans cesse de nous, qui vous porte à désirer de nous voir, comme nous avons aussi le même désir pour vous;

7. C'est ce qui fait, ô frères, que, dans toutes les afflictions et dans tous les maux qui nous arrivent, votre foi nous a fait trouver notre consolation en vous.

8. Car nous vivons maintenant, si vous demeurez fermes dans le Seigneur.

9. Et certes quelques assez dignes actions de grâces pouvons-nous rendre à Dieu, pour la joie dont nous nous sentons comblés devant lui à cause de vous?

10. Ce qui nous porte à le conjurer jour et nuit, avec une ardeur extrême, et nous permettre d'aller vous voir, afin d'ajouter ce qui peut manquer encore à votre foi.

11. Je prie donc Dieu notre Père, et Jésus-Christ notre Seigneur, qu'il lui plaise de nous conduire vers vous.

12. Que le Seigneur vous fasse croître de plus en plus dans la charité que vous avezles uns envers les autres, et envers tous, et qu'il le rende telle que la notre l'est envers vous;

13. Qu'il affermisse vos cœurs, en vous rendant irréprochables par la sainteté devant Dieu notre Père, au jour où Jésus-Christ notre Seigneur paraîtra avec tous ses saints. Amen.

ANALYSIS.

2º *Ex Timotheo ad se reverso cognitum eorum in fide constat, mirè gavissim se affirmat, v. 6, 7, 8.*

3º *Ob id Deo gratias agit, ipsamque orat ut eos revdere et in fide perficere sibi concedat, v. 9, 10, etc.*

PARAPHRASIS.

1. Ideo vestri desiderium diutius ferre non valentes, decrevimus (licet hoc triste) Athenis soli relinquere.

2. Et Timotheum, fratrem nostrum, licet mihi necessarium, upore Dei ministrum, et in Evangelio Christi predicando meum coadjutorem, misimus ad vos, ut in fide roboretur, et ad perseverantiam horlando et consolando vos amaret.

3. Ne quis vestrum turbaretur in afflictionibus istis; ipsi enim scitis quid ad passiones sustinendas destinati sumus.

4. Etenim cum apud vos essemus, predicebamus vobis nos afflictum iri, quemadmodum et factum esse nos.

5. Cum ergo diutius rerum vestrarum ignorans esse non ferre, propter Timotheum ad vos misi, ut per eum scirem quomodo se vestra fides haberet: metuebam enim ne forte vos tentasset Satanás, iniquis et infructuosus fueret labor quem in vobis instituendis impendi.

6. Nunc autem cum à vobis ad nos redierit Timotheus, et faustum nobis nuntium retulerit de fide et charitate vestra, de honorifica quam habetis de nobis memoriā, de ardenti desiderio quo nos vivere tenemini, sicut et nos desideramus vos consipere,

7. Propter hanc nobis à Timotheo nuntiata, et pre-

COMMENTARIA.

VERS. 1. — In precedenti capite, patri et matri semiperpetuum comparavit Apostolus. In ultimi versibus pargens in eadem similitudine, dixit se suo è Thessalonici exitu præ proprio charismatis suis filii orbatum fuisse. Addidit denique quid pro amore simul et more re ardentissime desideraverit eos revisere, iisque sapientemente studi conatus fuerit, sed huncus Satanas id impediter; nunc consequenter ad huc dicit :

PROPTER QUOD NON SUSTINETES, id est, ideo hoc vestri desiderium diutius ferre non valens, satius duxi Athenis relinquī solus. In plurali loquitur, sed in singulari intelligendus, ut patet ex v. 5 hijs capitū, et ex Act. cap. 18, ubi Sylas cum Timotheo è Macedonia ad Paulum Corinti agentem revertitur. Vulgata nostra grammaticam negligens dixit: *Non sustinetes, placuit nobis*, id est, decrevimus, liberare volumus, satius duxi relinquī soli, licet hoc triste foret nobis, quam vos necessario destitui auxilio. Pastores non sibi, sed sui gregi.

VERS. 2. — ET MISIMUS TIMOTHEUM FRATREM NOSTRUM ET MINISTRUM DEI... Greca addunt, et cooperatorem miserit ad eos Timotheum, exponit verbis sequentibus.

Ad confirmandos vos, et exhortandos pro fide vestra. Ut vos in fide confirmaret, et exhortaret ad perseverantiam.

VERS. 3. — UT NEMO MOVEATUR IN TRIBULATIONIBUS istis, persecutionibus Judeorum et gentium. De soli afflictionibus Apostolorum loqui sequentia docent.

Observatio moralis.

Audiant quibus sunt aures ad audiendum. In hoc positus est Christianus; de omnibus fidelibus dicit: *In his positum sumus, ait D. Chrysostomus. Omnes qui plerumque vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur, 2 Tim. 5. Nullus excipitur, si modo plerumque seu christiane vivere velit. Hinc D. Leo: Nunquam desit tribulatio persecutionis, si nunquam desit observantia pietatis, etc. Sicut ergo tollens est corporis (Ecclesiae) plerumque vivere, ita talius est corporis crucem ferre quia merito fieri unicuique suadetur, quia propriis modis atque mensuris a uno quoque toleratur. Unum non men est persecutionis, sed non una est certaminis causa. D. Leo, serm. 9 de Quadragesima, circa Act. 8. Sicut oportet pati Christum, et ita intrare in gloriam sumus, sic oportet pati Christianum, et ita intrare in gloriam.* Certa autem, ait item D. Leo, atque secura est expectatio promissae beatitudinis, ubi est, participatio dominice passionis; ibidem. *In his positum sumus, id est, ab hoc nati sumus: hoc est nostrum munus et officium; haec est vita nostra: et tu queris quietem et recreationem, D. Chrysostomus, hic. Non instat licet latus laetans et cogens sacrificare, sed instat vehemens pecunie cupiditas, et avaritia nobis effodiens oculos; idem. Amor pecunie, voluptatis et gloriae, vincendus. Vide Chrysostomum, pag. 287.*

VERS. 4. — *NAN CUM APUD VOS... Hoc et de Pauli persecutionibus intelligendum. Omibus quidem Christianis passiones à Deo destinate sunt, sed apostolis et viris apostolicis atque sanctioribus in majori mensura. Quo major gloria ad quam destinati sumus, eò major nobis passionis mensura destinatur, quia gloriam assequamur. Itaque in passionibus respice gloriam. Afflictio mater est gloria, ait D. Hieronymus. Momentaneum et lete tribulationis nostre aeternum glorie pondus operatur in nobis, ait D. Paulus.*

VERS. 5. — *PROPTEREA ET EGO AMPLIUS... Vide paraphrasim.*

NE FORTI TENTAVERIT VOS QUI TENTAT, scilicet diabolus, cuius officium est tentare: hinc, Matth. 4,

Ipsi enim sciens quid in hoc positum sumus; q. d.: Nomen vobis videri non debet quod fieri patiar, etc. Respicit ad illud quod de ipso Dominus dixerat, Act. 9: Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati.

VERS. 4. — *Nam et cum apud vos essemus, etc. Partim experientia, partim fama et relatum aliorum.*

VERS. 5. — *Propterea et ego amplius non sustinens, desiderium, scilicet agnoscendum fidem et res vestras, nunc (Timoneum) ad cognoscendum fidem vestram;* num firma esset et constans, an aliqua parte labeculata.

Ne forte tentaverit vos qui tentat. Ut potest qui mutant ne quo pacto tentator ille, scilicet diabolus, occasione meorum afflictionum vos tentaverit, ac tentatione impulerit ad aliquem fidem defectum.

Ei immo fat labor noster; labor, quem vobis instituendis insumpsi, redditur irrius et infructuosus: quoniam Apostolo salva manerent premia sui laboris.

VERS. 6. — *Nunc autem veniente Timotheo ad nos à vobis, et amministrante nobis fidem et charitatem vestram, id est, nonnumquam retulimus fidem, et charitatem vestram perseverantis et inconcessa.*

Et quia memoriam nostri habets bonum semper. Id

dicitur tentator. Tentat autem ad decipendum, ut explicat D. Thomas. Tentat verò Deus, v. g., tentavit Abraham, ut illius fidem alii manifestaret et ad bonum promoveret.

VERS. 6. — *NUNC AUTEM VENIENTE TIMOTHEO... Græc., nuper autem, etc. Syr., nuper autem. Vide paraphrasim. Tria magnificienda Paulo de Thessalonicensibus refert Timotheus, fideliter puritate, charitatem fervorem, honorificum ministeriorum Evangelii recordationem. De hoc reditu vide Act. 4.*

VERS. 7. — *INDE CONSOLATI SUMUS... Vide paraphrasim. Prinus effectus boni nuntiū quem Timotheus de Thessalonicensibus Paulo refutavit, consolatio fuit spiritualis; et tanta consolatio, ut præ illa omnium suorum afflictionum, licet ingentium et innumerarum, penè oblitus fuerit.*

VERS. 8. — *QUONIAM NUNC VIVIMUS... Quia etsi quotidiani in mortibus verser (quotidie morior, ait 1 Cor. 15), letam tamen duco vitam, si vos, fratres, in suscipit fide constantes perstatis. Vestra quippe in fide confirmatio vita mea est. Non dixit latetam, sed vivimus, quasi absque hoc ne vivere quidem esse existimat, ait D. Chrysostomus. Sic affectos oportet esse magistros; sic discipulos, et nihil unquam erit absurdum, idem D. Chrysostomus. Fides, claritas, sanctitas discipulorum sit magistrorum vita: absque hoc, vitam nihil reputant. Discipuli præceptorum suorum mentionem faciant semper cum laude; ipsos diligant et honorent, non presentes tantum et miracula patentes, sed et absentes et innumerabilia probra et mala patientes.*

VERS. 9. — *QUAM ENIM GRATIARUM ACTIONEM... Vide paraphrasim. Secundus effectus boni per Timotheum relati nuntiū, gratiarum actio. Quasi diceret, ait Theodoreus: Lingue laudes vincti latitudo magnitudinē; non possumus enim Deo hymnum ferre qui latitudo quam de vobis cepimus respondet.*

VERS. 10. — *NOCTE ET DIE ABUNDANTIAS. Græc., super exubantem: seu plus quam abundanter, abundantissimum, super modum. Tertia effectus hujus boni est, cùmque nuntiasset vos retinere bonam et honorificam nostram memoriam, eamque jucem ac perpetuan.*

Desiderantes nos videre sicut et nos quoque vos. Per hoc significat se ab illis ut præceptore a disciplinis redamari; quod ut sibi gratissimum commemorat.

VERS. 7. — *Idem consolatus sumus, fratres, in vobis, etc.; q. d.: Nihil istorum malorum grave duco, posteaquam cognovi fidem vestram, de qua metebam, esse in tuto.*

VERS. 8. — *Quoniam nunc vivimus, etc.; q. d.: Litteret ad mortem usque affligamur, dum tamen audiimus vestram constantiam et fidem, quam habetis in Domino, quasi reviviscimus, et à mortuis excitantur.*

VERS. 9. — *Quoniam enim gratiarum actionem possuimus Deo retribuere pro vobis, de vobis, qui persistitis in fidē? q. d.: Nullas satis dignas, ac tanto beneficio parens.*

In omni gaudio, super omni gaudio, quia gaudemus propter vos, in fide inter adversa constantes, ante Deum nostrum, id est, in conspicu Dei nostri.

VERS. 10. — *Nocite ab aliis abundanter orantes, etc.; q. d.: Opto vos videre ut imperfectam evangelizatioem meam et instructionem vestram, quam ob Judentorum persecutionem abrumptere coactus sum, absolvam et perficiam.*

munti, desiderium eos videndi, ut si que desunt eis, verbis perficiat. *Nocte igitur et die, id est, assidue, plus quam abunde, id est, ardentissime, vehementer, precor ut vos videam. Quemadmodum agriculta quispiam audiens agros à se cultos fructibus abundare desiderat illos oculis intueri, D. Chrysostomus et Theophylactus.*

ET COMPLETAM, amplioribus scilicet et clarioribus instructionalibus, QUE DESENT FIDEI VESTRE. Non omnem percepitur doctrinam, ut sit Theophylactus post S. Chrysostomum, sed deerat fortasse ipsis quedam de resurrectione, idque genus alia: hoc dicit, defectus fidei. Hoe Pauli de Thessalonicensibus visitandis desiderium, etiā a Timotheo iam visitatis, omnium prælatorum, de suis subtletis in propria personā visitandis, est instructio: alium miserit Timotheum, debet tamen ipsi personaliter visitare.

VERS. 11. — *INDE AUTEM DEUS... Hanc primam Epistole partem finit oratione ad Deum. Orat autem primò ut ad eos ipse prosperum iter habeat. Vide paraphrasim.*

VERS. 11. — *Ipse autem Deus et pater noster; id est, Deus qui idem est Pater noster, ait nimirum ratione quia nos sibi in filios adoptavimus.*

Et dominus noster Jesus Christus, dirigit viam nostram ad vos. Verba sunt optantes cum preceutione, ut prosperriter iter ad eos habeat, ea facturis quae dixit.

VERS. 12. — *Vos autem dominus multiplicet, ut numerus fideli, quem reliquie coactus sum, multiplicetur, et numero augetur. Et abundare faciat charitatem vestram in inicet et in onus: abundare et exuberare faciat mutuum inter vos charitatem: ne similius inter vos, sed erga omnes homines, etiam infideles et vestre salutis inimicos.*

Quemadmodum et nos in vobis; quemadmodum ergo charitate abundo erga omnes, ut qui etiam mortales sumus pro vestra salute.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad proximam redigenda.

1^o Nota breve et grande verbum, in hoc (ad patrem scilicet) positum sumus, v. 5. Penetra necessitatē, utilitatem et gloriam passionum. Necesitatem: in hoc, positus est Christianus. Sicut oportet pati Christum, etc. Omnes qui plerumque vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur, 2 Tim. 5. Regnum celorum vnde patitur, et violenti rapient illud; Matth. 11, 12. Necessarii vincendus amor pecunie, voluptatis et glorie; ad hoc autem visi sibi facienda. Vide v. 5 et observationem moralē. Utilitatem et gloriam: *Momentaneum et lete tribulationis nostre supra modum in sublimitate aeternum glorie pondus operatur in nobis.* 2 Cor. 4, 17. Afflictio

mater gloriae, D. Hieronymus. Certa atque secura est expectatio promissae beatitudinis, ubi est participatio dominice passionis, S. Leo. Glorie et passionum est quendam proportionem. Vide v. 5 et 4, et observations.

2^o Aliud breve et grande verbum pro se nobis pastor apostolicus: *Viximus, si statim in Domino, v. 8. Ovium sanctitas sit pastoris vita. Absque ea vitam pro nihil ducat. Ad illam vigilet, labore, vitam impeadet. Notet etiam ardens D. Pauli desiderium Thessalonicensibus visitandi, v. 10, ut illud imitetur. Et in oratione D. Pauli pro Thessalonicensibus observet quid intendere et quid orare debeat in suorum subditorum visitatione, v. 11, 12, 13.*

CAPUT IV.

1. De cetero ergo, fratres, rogamus et obsecramus in Domino Jesu, ut quemadmodum accipistis a nobis, quoniam oporteat vos ambulare, et placere Deo, sic et ambulete, ut abundetis magis.

2. Scitis enim quia precepta dederim vobis per Dominum Jesum.

3. Haec est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra; ut abstineatis vos à fornicatione,

S. S. XXIV.

VERS. 12. — *VOS AUTEM DOMINUS MULTIPLET.... Secundo orat ut eos Deus augeat in fide, seu fideles multiplet.*

ET ABUNDARE FACIAT CHARITATEM VESTRAM. Græc.: *Et abundare faciat caritate. Tertiō, ut eorum augeantur merita per caritatis augmentum, que semper crescere debet in hac vita. D. Ambrosius et D. Anselmus habent etiam, abundare faciat caritatem. Syr.: Et multiplicet et abundare faciat caritatem vestram unius erga alterum, et erga unumquemque, quoniam nos amores vos complectimur.*

Nos in vobis. Græc., nos in vos, id est, erga vos.

VERS. 13. — *AD CONFIRMANDA CORDA VESTRA SI NE QUERELA, IN SANCTITATE. Græc., inculpata. Syr., inculpabilis. Hoc autem orat, ut in sanctitate stabilissimis irreprehensibilis in die iudicii. Vide paraphrasim. In omnibus ad Dei iudicium attende, et ad illud tu te vite sanctitate prepara.*

VERS. 15. — *Ad confirmando corda vestra sine querela in sanctitate. Dominus vos abundare faciat charitatem, ita ut per eas confirmando corda vestra in omnib[us] bono; vos, inquam, reddendo irreprehensibilis atque sine offensione viventes, idque cum sanctimoniam, id est, puritate et munditia privatā animi et corporis.*

Ante Deum et Patrem nostrum. Id est, coram Deo, ut tales sint in conspicu Dei Patris nostri, quem nihil latet, et non solum in oculis hominum qui tantum vident ea que foris apparent. Periphrasis est vere sanctitatis.

In adventu Domini nostri Jesu Christi cum omnibus sanctis eis; ut in adventu Christi tales sint, et invenerintiam cum omnibus sanctis eis, id est, cum omnibus per ipsum sanctificatis. Amen, id est, fiat.

CHAPITRE IV.

1. Au reste, ô frères, nous vous supplions, et nous vous conjurons par le Seigneur Jésus, qu'ayant appris de nous comment vous devez marcher dans la voie de Dieu pour lui plaisir, vous y marchiez aussi d'une telle sorte, que vous y avancez de plus en plus.

2. En effet, vous savez quels préceptes je vous ai donnés de la part du Seigneur Jésus.

3. Car la volonté de Dieu est que vous soyez saints; que vous vous absteniez de la fornication;

(Quarante-deux.)